



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXI. Qualia sunt Luthero caluinistica Documenta contra Continentiæ
Votum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

promissio non erat votum ad colendum Deum; sed administrandum expeditius in templo; verum ante ætatem habilem.

III. PETRUS MARTER; 6. Locum ambiguum posse variè explicari; ideo nil solidè inde concludi.
7. *Habentes damnationem*, esse non penam peccati, coram Deo; sed infamiam coram hominibus.

DICO AD I. Noua est ea expositio. Si non vouerant; quid opus erat deficere ad infideles, vt nubere? Nam eis nubere licebat Christianis, 1. *Corinth. 7. tantum in Domino.*

AD II. Abire post Sathanam fit quouis peccato non solum per apostasiam. Luxuriari contra Christum est scortari ad Christi iniuriam; non, apostatare à Christo.

AD III. Nubere volendo *irritam fidem fecerunt primam Voti*, non Baptismi: quia nulla in Baptismo promittitur, se non nupturam: sed post votum nubere volunt: vnde damnatio. Aut post spiritalis Voti facti delicias gustatas, *nubere volunt.*

AD IV. Dum loquitur de sexagenariis, non agit de admissione ad votum Continentiæ; sed de electione ad præfecturam Diaconis; vt Tertull. & alii: Vel de admissione ad Præbendam, qua alebantur in Ecclesia: vt Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, &c. volunt probabilius.

AD V. Patres dicunt, verè fuisse votum Deo factum: At hoc volunt Sectarii posse rescindi: ergo magis Ecclesiæ factum: Cur igitur damnationem habebant?

AD VI. Non est ambiguus locus, ad quem conspirat Patrum consensus: Hic ambigua declarat.

AD VII. Infamia humana potest,

& solet esse cum peccato coram Deo; maximè in Luxuria post votum.

QUAESTIO LXI.*Qualia sunt Luthero-caluinistica DO-
CVMENTA contra Continen-
tiæ Votum?*

LUTHERO-CALVINISTÆ aiunt: Votum Continentiæ, *Qua* dicitur esse de Consilio Evangelico; est nullum: *Qua* fertur esse Meritorium; est impium: *Qua* obseruatio necessarium, aiunt, est impossibile: *Qua* perpetuum asseritur; est Iherum: *Qua* laticanicum putatur; est stultum: *Qua* vile creditur; est futile: *Qua* diuinum fingitur; est humanum commentum: *Qua* monasticum esse fertur; est antipoliticum: *Qua* Sanctum videtur; est antichristianum: *Qua* Christianum prædicatur; est Antichristianum præbentiam nubere: *Qua* Anglicanum fertur; est Sathanicum: *Qua* castum laudatur & virginium; est potulium ac meretricium. Ita illi.

SVADENT: QUIA I. Scripturæ doceat esse melius, Deoque gratius, quod magis sit voluntarium, liberum, minusque necessarium.

II. Quia Scripturæ imperant matrimonium patientibus carnis stimulum.

III. Quia Scripturæ docent, Continentiam esse donum Dei, quod non datur omnibus.

IV. Quia varia sunt Cælibatus incommoda.

V. Quia Concilia, & S. Patres aduersantur Voto continentie.

AVTOR. Vt clari⁹ liqueant omnia; in quæstiones totidem vocentur singula.

QUAESTIO LXII.

An ideo Votum continentie Deo sit ingratum, quia affirmatur obseruatum necessarium?

FF LV.